¶ Regulá Cancellarie declarationis circa Reseruationes & Vniones/in fauorem Ordinariorum edita.

SAnctissimus in xp̄o Pater & dn̄s noster dn̄s Leo diuina prouidentia papa.X.qui licet nup in Consistorio suo secreto cum Venerabilibus fratribus suis sancte Romañ.Ecclesie Cardinalibus matura deliberatione/ & de illorum consilio & assensu extunc expressis & aliis causis ad id animū suum mouentibus/ omnes & singulas alias q̄ super quibus per Cācellariam apostolicam littere in forma solita expediri consueuerant speciales reseruationes/etiam mentales/& in nullius fauorem/necnō tempales uniones annexiones incorpationes de primis aut alteris quouis modo uacaturis in specie ad certū seu certa tunc exp̄ssa beneficia uel in genere usq; ad certū annuū ualorem/ seu al's de quibusuis Metropo.& aliis Cathedra. eccl'iis & Monasteriis aliisq; bn̄ficiis eccl'iasticis cū cura & sine cura secularibus & quorūuis ordinū regularibus/etiam in alma Vrbe cōsistentibus: Necnō nominationes & nominādi ac alias facultates cū prouisionibus seu cōmendis/etiā in euentū uacationū insimul cum dictis reseruationibus/ uel separatim sub una & eadē uel diuersis dat;/ aut de prouidēdo seu cōmendando/ nō tñ in forma capli Mandata/per S.suā cōcessis mādatis: & in euentū reuocationū restitutionibus repositionibus & nouis cōcessionibus ac exceptionibus declara-

tionibus & attestationibus aliisq; inde secutis per se•
re•Iuliū Papam•II• sue S•predecessorem/& S•suam/
uel eius Legatos generaliter etiā nō expressa persona:
nec in fauoré alicuius: seu etiā in fauoré quorumcūq;
& quibuscūq;/etiā dictis Cardinalibus/ac etiā Impe/
ratoris/Regū/Ducū/ Marchionū/& alioꝝ Principū
cōsideratione/& ex quibuscūq; etiā urgentissimis cau
sis/& cū quibusuis derogatoriis & derogatoriaꝝ dero
gatoriis/& in quemcunq; euentū restitutoriis/ aliisq;
fortioribus efficatioribus ac solitis uel insolitis clausu
lis/ etiam talibus q̄ ille reuocari nequirent nisi certis
uerbis appositis/ seu trina uel ampliori litteraꝝ Apo/
stolicaꝝ/siue aut de cōsensu illoꝝ quibus concesse fo/
rent irritantibusq; decretis concessas & factas quo ad
ea in quibus nondū erant sortite effectū reuocauerit
cassauerit & annullauerit / nulliusq; roboris uel mo/
menti fore & esse:Necnō qcqd secus sup hiis a quoq̄
quauis auctoritate sciēter uel ignorāter cōtingeret at/
temptari irritum & inane decreuerit/& a concessione
aliaꝝ reseruationū abstinere ꝓposuerit• Quia tñ post
reuocationē cassationē & annullationē predictas nō/
nullas ex reseruationibus spālibus ac facultatibus no
minādi reseruādi ac conferendi etiā dictis Cardinali
bus per dictū Iuliū predecessorē cōcessas:necnō unio
nes de uacaturis per diuersas suas litteras forsan reua
lidauit & restituit/illasq; & alias spāles reseruationes/
gratias expectatiuas/facultates/uniones/ annexiones
incorpationes & mandata aliis & eisdē Cardinalibus

cōceſſit: Conſiderās & attendens quantum ex dictis ſpecialibus reſeruationibus/gratiis expectatiuis/mā/datis/unionibus/facultatibus/ac eaꝝ reualidationi/bus & extenſionibus Prelati & alie perſone eccleſiaſtice ad quos dignitatū & alioꝝ beneficioꝝ eccl'iaſticoꝝ collatio ꝓuiſio preſentatio electio ſeu queuis alia diſ/poſitio pertinet grauentur/& quot detrimenta indies ſuſtineant: Ac cupiens eos ab hmōi grauamine in aliquo releuare: ipſoſq; ab eodem dn̄o noſtro gratias & fauores reportare: Ipſe dn̄s noſter Prelatis & perſonis predictis ut de quibuſcunq; dignitatibus pſonatibus adminiſtrationibus officiis Canonicatibus & prebeñ necnō aliis beneficiis eccl'iaſticis cū cura & ſine cura ſecularibus & regularibus ad eoꝝ collationē prouiſionem preſentationē electionē ſeu quāuis aliam diſpo/ſitionem pertinentibus: que uſq; ad generalem expe/ditionem gratiaꝝ expectatiuaꝝ per nos faciēdam/in Octobris/Decembris/Februarii/Aprilis/Iunii/& Auguſti menſibus uacare cōtigerit/dūmodo diſpoſitio/ni Ap'lice generaliter reſeruata/ſeu ex generali Ap'lica reſeruatione affecta non fuerint/perinde ac ſi a Sede Ap'lica uel eius Legatis gratie expectatiue/ac ſup illis reſeruationes ſpeciales uniones annexiones & incor/porationes tempales/ac nominationes & nominandi ac nominatis & aliis conferendi facultates & manda/ta/etiā cum prouiſionibus ſeu cōmendis/aut de pro/uidendo ſeu cōmendando/nō tamen in forma capitu li Mandata: Regibus/Ducibus/& aliis quibuſcunq;

Principibus & personis/ tam contemplatione eorun⸗dem Regum/Ducum/& Principum/ ac etiam Cardinaliũ cum quibusuis clausulis / etiam derogatoriarũ derogatoriis/irritantibusq; decretis concessis/nõ emanassent/& concessa non fuissent/ & imposterũ nõ emanarẽt/ordinaria auctoritate libere disponere possint. Ac decreuit irritũ & inane quicquid sup hiis a quoq̃ quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attemptari.

Placet publicetur & describatur I.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Rome in Cancellaria Apostolica/ Die Iouis/ ultima mensis Augusti. Anno Incarnationis dñice Millesimoquin⸗gentesimoquartodecimo. Pontificatus prefati dñi nostri Pape Anno Secundo.

Melchior de Campania Custos.

plation e eorum
/ ac etiam Cardi
n derogatoriarū
oncessis/nō ema
mposterɀ nō ema
sponere possint.
sup hiis a quoq̄
anter contigerit

escribatur I.

Regula Rome
/ultima mensis –
Millesimoquin
us prefati dñi no

nia Custos.

Principibus & personis/ tam contemplatione eorun-
dem Regum/Ducum/& Principum/ ac etiam Cardi
naliũ cum quibusuis clausulis / etiam derogatoriarũ
derogatoriis/irritantibusq; decretis concessis/nõ ema
nassent/& concessa non fuissent/ & imposterũ nõ ema
narẽt/ordinaria auctoritate libere disponere possint.
Ac decreuit irritũ & inane quicquid sup hiis a quoq̃
quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit
attemptari.

Placet publicetur & describatur I.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Rome
in Cancellaria Apostolica/ Die Iouis/ ultima mensis
Augusti. Anno Incarnationis dñice Millesimoquin-
gentesimoquartodecimo. Pontificatus prefati dñi no
stri Pape Anno Secundo.

Melchior de Campania Custos.